

1524.

609

Sigismundus primus rex Polonia, Jo:
anni Laski archiepiscopo Gnesnensi.

185

Reverendissime in Christo pater. Non est in:
cognitum vestre paternitati, quod pro Dominica
Oculi proxime futura, in civitate nostra Gda:
nensi cum serenissimi domini electi Davia ve:
gis, et illustrissimorum Mekelbergensium et
Pomeraniae ducum oratoribus, ad quaedam feder:
ra et coniunctionem ineundam conventum insti:
tuimus, ad quem paternitatem vestram cum
aliis nostris consiliariis deputavimus. Proinde
eamdem hortamur et volumus, ut pro die pre:
fixo illuc se conferat, tractatura cum illis ora:
toribus, quae in nostra instructione ad eam rem
conscripita, continentur, quemadmodum hoc nobis
de fide et integritate paternitatis vestrae erga
nos persuasum habemus.

Commisimus generoso Joanni Balinski
ut paternitati vestrae trecentos florenos per me:
diam sexagenam computatos pro viatico nu:
meret, quò commodius hoc nostrum negotium
agere et confiare possit, quam pro gratia
nostra non arbitramur seuis facturam. 1524.

